

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7947

Auteur(s) : Philippe Boder [écuyer]

Bénéficiaire(s) : Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1250, mars

Action juridique : échange

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe Boder, écuyer, cède à l'abbaye de la Trappe, en échange d'une dîme sur le moulin de Pont, un pré dit des Eveiz et plusieurs autres terres à Planches, au Bois-Brunel, etc.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, I. « Carte de Nocumento », n° XXXII, p. 244-245.

Dissertation critique

Pâques tombe le 27 mars en 1250 et le 4 avril en 1249.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego, Philipus Boder, armiger, de assensu et voluntate Aales, uxoris mee, et heredum meorum, tradidi et penitus quitavi, ratione permutationis, monachis Domus Dei de Trappa, videlicet pro quadam decima quam ipsi monachi habebant in molendino de Ponte, in parrochia Sancte Columbe super Rillam, pratum unum quod habebam, quod vocatur pratum des Eveiz, et quicquid habebam vel habere poteram in feodo de Molendinaria, et in feodo Mathei Boele, in parrochia de Planches, et in feodo Margarete de molendino Restout, et in feodo Mathei de Bosco Burnelli, et in feodo Robini de molendino Restout ; que omnia quitavi penitus dictis monachis, in perpetuum quiete et pacifice possidenda, renunciando omni dominio et juri quod habebam vel habere poteram in rebus omnibus supradictis, cum omnibus pertinentiis dictorum feodorum. Et hec omnia ego, Philippus, et heredes mei post me tenemur dictis monachis bona fide defendere contra omnes et etiam garantire, vel, si necesse fuerit, ad nutum suum, valore ad valorem alibi excambiare. Dicta vero Aales, uxor mea, ad hoc se dictis monachis obligavit, corporali prestito sacramento quod in predictis omnibus, ratione dotis nichil ulterius poterit reclamare. Et cum obligatus essem ego, sepe dictus Philippus, per meas patentes litteras domino Guillelmo Jarrieto, militi, sororio meo, quod de hereditagio meo non possemus nisi de voluntate ejus vendere quicquid vel modo aliquo commutare, dictam permutationem et quitationem, ad petitionem meam et maxime quia utile michi et heredibus meis videbatur in posterum, laudavit penitus et voluit, et sigillum suum presenti pagine apponere dignum duxit. Preterea ego, jam dictus Philippus, et heredes mei post me tenemur reddere sepe dictis monachis, vel eorum mandato, pro recognitione dicte decime, sex denarios, in festo sancti Remigii annuatim in dicto molendino capiendos. Et si dicti sex denarii in dicto festo dictis monachis vel eorum mandato non fuerint persoluti, ipsi monachi poterunt justitiam suam facere in dicto molendino, sine contradictione aliqua mei vel heredum meorum, donec dicti sex denarii persoluti fuerint

cum emenda. In cujus rei testimonium, ego, Philippus, et Aalesia, uxor mea, dictis monachis presentem paginam tradidimus, sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum anno Domini MCC^oXLIX^o, mense martio.